

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus Epigram ad Dn. Augustum Principem Anhaltinum Thomazij causa servestanae neresum M. Teti a Jena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelin ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensium.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Anhaltino sponso scripta.
- XI. Theophrastus ad Dn. Rudolpho Princ: Anhaltino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Anhaltini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravictoris et Biomeae.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Desuensem Carmen Epigrammatum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vrici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami
- X. Bulla Amuletum M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistratum cultum pronuntiata.
- XXIII. Epigrammatum Cerevisiae Servestanae Danielis Burchardi.
- XXIV. Dehortatio a Calumnias
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Veraliensis
- XXVII. Theophrastus ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Gualtero
- XXIX. Trizinta Jenerum M. Christiani Galli Italosaxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Steseris Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisseri
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Amlingi Nicolai May.



~~74~~ XXIX. an 27
CARMINA GRATVLATORIA

In Honorem


Eruditione, Virtute & pietate Præstantissimi
VIRI, Dn.

IOHANNIS CRAMERI
Serveſtani Anhaltini,

*Cum ipſi in Antiquiſſimâ, & Celeberrimâ, Se-
reniſſimi Principis, FRIDERICI IV. Electoris
Palatini, ad Nicrum Academiâ, inter VIII.
Philoſophia Candidatos Supremus in Philo-
ſophiâ Gradus Die XX. Menſis Fe-
bruarij, Anno Chriſti 1606.
horâ 8. mat.*

IN PUBLICO PHILOSOPHORUM BRABEU-
TERIO MORE MAIORUM RITE ET LE-
GITIME CONFERRATUR.

*Scripta à Patronis, Fautoribus, Præceptoribus, Popularibus
& Amicis, quorum ſua cuiusq; verſibus nomina ſunt
adſcripta.*



HAIDELBERGAE,
TYPIS Iohannis Lancelloti,
Academia Typographi.

Anno M. DC. VI.

Dn. Joanni Amſingo, ac

VIRGILIUS.

Stat sua cuiq; dies, breve & irreparabile tēpus
Omnibus est vitæ: sed FAMAM extendere factis:
Hoc VIRTUTIS opus.



CARMEN GRATULATORIUM

A D

ORNATISSIMUM ET DO-
CTISSIMUM VIRUM DOMINUM JOHAN-
NEM CRAMERUM SERVESTA-
NUM DISCIPULUM SUUM
CARISSIMUM.

ΚΡΑΜΗΡΟΣ γλώττης εἰνός, τέχνησί τε εἰνός,
Ἄντι ἔθεν μελετήων ἄθλα δίκαμα φέρει,
Ἄθλα δίκαμα θεῶν, φοίβοιό τε δῶρα κλεαινά;
Τῷ Φύτλῳ ὑψοῖ ζφλύ ρα πόλον δε εἰλύ.
Ἦτορ δαιδαλέας νίκησε σοῶ μελεδῶνας,
Πιερίοιο ὄρεος ὄφρα κάρλωα κίη.
Δῆτά νυ οἶα πρέπει σοφίης ἐπίδμονι ἀνδρῖ,
Εὐοδμοὶ σεφάναί τε πικάζουσι τείχας.
Οὔνομα γῶ ζωετῆ μέσση τίτλον τε ΜΑΓΙΣΤΡΟΥ,
Οὔνομα καὶ τίτλον δεσι κλυτὸν γρεῆ.

ALIVD.

*A*rdua res, pelagus Sophia tranare profundum,
Ac portum studij ritè tenere sui.
Anse satas segetes nulli, terramq; subactam,
Agricola videtum grata refundit humus.

JOHANNES CALVINUS Philosoph.
& J. U. Doctor, nec non Institutionum
Professor ordinarius.

A 2

Α Λ Λ Ο .

Εστὶν ἐπωνυμίῃ τειν Ἐμπροσθεν, ὅσα ὀλιγώρως,
Πατερίδα γὰρ περιπλῶν πρὸς τὰ ῥέεθρα Νίκου
ὄυκ ὠνησόμεν σκέυη ἵνα ἤλυθες, ἀλλὰ
Ἐμπλήζων διασῆς νεῦ Πινυτοφροσύνης.
Τῆς γε μιᾶς σεφάντω κλεινὸν νεῦ δῶκε λύκειον,
Τῆς δ' ἑτέρας ὀπάσῃ ἡ χαρῆεσσα Θέμις.
Ὅπῳότε βελομένῳ σοι ἂν ἡ μύθοις τε νόμοις τε
Ἐμπρεπέμεν σεμνάς ἀμφὶ δικαιοσύνας.

M. SIMON STENIUS Eloquentiæ,
& Historiarum Professor ordinarius.

Α Λ Λ Ι Δ .

IN HONOREM M. IOHANNIS
CRAMERI &c.

Εst pius ac fidus PRÆCEPTOR dignior auro,
Et Phrygij superat Laomedontis opes.
Namq; juventuti Dux est ad culmina Cynthi,
Ac vitæ morum præuia stella micat.
Arguit hoc liquidò tua iam Doctrina, CRAMERE,
Cultaq; virtutum vita Magistra probat.
Nam tibi BERSMANNUS Musarum nobile Lumen
Typhis in Aonijs cursibus usq; fuit.
Insuper ALBERTUS VOITVS, iam GLORIA Phœbi,
Poela tibi Clario fonte referta tulit.
His Ducibus Sophiæ lustrâsti fedulus hortos,
Et Physicæ rerum progenitricis opes.

Inde

Inde Medusæi celebrat te pompa triumphi,
Atq; MAGISTERII stemma decusq; geris.
Hunc tibi collatum Musarum grator Honorem,
Comprecor & classi vela secunda tuæ.
I Decus, i Phœbi felicibus utere fatis,
Sacraq; Pegasei numina fontis ama.
Sic PRÆCEPTORUM vestigia ritè sequeris,
Sic Patriæ, Generi laus eris atq; DEO.

M. ALEXANDER BECKER
*Pastor Haidelbergensis in Aede
D. Petri.*

ALIUD AD EUNDEM.

אל חמסנא

אשר נחו לאדם אלהים
זאת נכו לעלום באנשים
כל אשר חופץ עושה עליו
כמרום בארץ ואכארו
הוא חושיב אכרו עם נדינים
מאשפת ועפר דרום דלום

PHILOSOPHIA DE SEIPSA LOQUITUR,
ET OMNIUM RERUM SCIENTIAM
SIBI VENDICAT.

הפילוסופיא מדבר בערו

כל אשר בשמים אנו ידעת
זאת בארץ גם אני הגדתי
אי מזה רוח באה והברקים
ונחלים רבים עם אפיקי מים

A 3

מרוצה השמש וכל כוכבי אור
 אשר שמ אלהים לרוץ בדור ודור
 מדוע ברך שלג קטור סערה
 העבים זמור נופל על אדמה
 כל אלה מלמד אנו לפני אדם
 והמבקשו פני בעלם
 המה יהיו חכמתו חכמים
 ובדרכיהם מבינים ומשכילים
 סורו אלי כי דעת קדשים לי
 אשרי וטוב לו שחפץ במצותי
 יגור בדור צדיקים עושה רצונם
 בערים מאד בעם משנאי :

M. JOHANNES BALTHASAR BAUMBACH
 Neostadio-Palatinus, Hebrææ linguæ Professor,
 & tunc temporis PROMOTOR.

A L I U D.

M. GEORGII WENDELINI KLAF-
SCHENKELII, CONTUBERNII REGENTIS.

Hæc est illa dies, quâ præmia digna laborum
 Exantlatorum, JANE CRAMERE, refers:
 Nempe MAGISTRALEM, veterum de more, coronam;
 Quâ cingit frontem doctus Apollo tuam.
 Vt fuit ante labor durus: sic præmia grata,
 Sic dulcis fructus, sic quoque suavis honor.
 Sunt faciles Musæ: ast degunt in montibus altis,
 Nec planus trames, sed salebrofa via est.
 Hæc calcata tibi fuit & superata, CRAMERE,
 Nunc vitam in sacri vertice montis agis.
 Maeste novo titulo: atq; olim maiora capesse
 Præmia, quæ sancti IVRIS agellus habet.

A L I U D



ALIVD AD EVNDEM.

QUID juvat, interdum si sint exordia clara:
Ultima cùm frigent, cùm mediumq; tepet.
Navita si Pontum noctesq; diesq; pererret;
Nec vechat ad portus aut loca tuta ratem;
Ecquid erit tandem precij pro talibus ausis?
Præmia præteriti nulla laboris erunt.
Anne, CRAMERE, tibi terrâq; mariq; procellis
Jactato varijs, Musa brabea dabit?
Quod tibi principium? qui finis? quæ tibi meta?
Quod medium studijs? anne probata satis?
Patria principium: medium, finemq; dederunt
Musæ Neccarides: cuncta probata satis.
Cum fugiunt alij, jactataq; vela relinquunt:
Nec pudet hos Phœbi deseruisse ratem:
Tu remanes constans, retrahunt te incommoda nulla:
Tu prendis portum feruidiore manu.
Tu forti pede, tu duro superare LABORE
Aonij aggredieris dium Heliconæ jugi.
Omnia cum facias, cupidis conatibus adsis;
Dicam, quæ tanti causa laboris erit.
Ecce dies venit, votis tibi sæpe petitus;
Exijt adversâ quo tua navis aquâ:
Navis, in immenso studiorum flumine vecta:
Nec non Calliope fonte rigata tuo:
Nunc tibi Nicrinæ decernunt præmia Musæ,
Præmia, sat meritis digna, CRAMERE, tuis.
Hæc tibi virtutum stimulus, calcarq; fuerunt:
Hæc Labor, hæc Virtus, hæc meruit Pietas,
His igitur felix, hac lauro vivito dignus.
Omnia iam bona sunt: ultima nam bona sunt.

M. CHRISTMAN: RÖSLER, *Crucenacensis*
Pal. Illustris Collegij Casimiriani Regens.

AD ORNATISSIMUM VIRUM DN.
JOHANNEM CRAMERUM, CUM
IPSE SUMMA IN PHILOSOPHIA LAU-
reâ coronaretur Heidelbergæ

αὐτάγαμμα.

*EnThemini, servas sacra Iura, est Annulus
Honos.*

Hoc est:

IOHANNES CRAMERUS SEROVESTANUS
ANHALTINUS

ALLUSIO.

Est Decus, à Claris Genitoribus ordine longo
Deduxisse genus cum pietate probâ.

Est Decus, hoc si quis Clarum genus arte metipse
Condecorâsse cupit cum probitate piâ.

Hoc CRAMERE tibi (Magnum) concessit utrumq̃,
Qui regit & Cælum quicquid & Orbis habet.

Hinc tibi certatim tribuunt sua dona Camæna,
Et laurus sertum doctus Apollo sua.

EN THEMINE, & Charites, (Maius) Cypriâq̃, potentem,
Servo gratantes talia fausta suo.

Munera portantes sua plenis leta canistris,
Ausibus his quæ sunt premia digna tuis.

Atq̃, probus quando SERVAS SACRA JURA Themistos,
EST & HONOS quem fert ANNULUS iste tuus.

Et Charites, quæ (Maximum) habent tibi dona repôsta,
Quò sis nempe Viris gratus ubiq̃, dabunt.

Ergò Cypripotens tandem fallétne ministrum?

Non reor; at quod erit faxit & ipsa suum.

Sed

*Sed precor ipse, suo, hac faciat, qui cuncta gubernat
 Numina caelipotens, Marte, minora DEUS.*

ALIUD EIUSDEM.

לך יוחנן	בעת הוה	הנה
אשר טוב בנך	גבו גדול	נאור
אדונך עליון	יהוה ה—	חנון
בקול כל—לשון:	לך להיות	לתת
קרואים מקרה	גדולה ה—	על—כן
עטרת הקרה:	בנודע את—	בתון
דך על—מנות	בתו כמא—	נכון
לך על לגשות:	אשר נתן	בונה
עלילותיהם	למען ב—	אתך
עלום בפניהם	עשיהם פו—	ובמ—
וער מתנה	תכונה עד—	יגש
לאל בתחנה:	בתבל—זה	טובה
קשו חאלה	חרצות ב—	גמ—ב—
דלותו מלא:	בקושט יוכלו	מהם
שכל עליונו	אפלת ה—	שיש
אשר הביאנו:	וההוה	אדם
מאר יוחנן	בשמחה טוב	רונה
ואהיר אתפן:	עבור קדוש	זהב—
לעולם ימים	וחוה טוב	רקד
אלהים תמים:	אשר יתן	כחק

Hoc est ad Sensum Hendecasyllabis expressum:


Hoc nunc ecce die tibi IOHANNES
 Illuxit honor optimè repòstus
 Ihovâ gratuito DEO prealto
 Ad dandum tibi, sis ut ore in omni.
 Hinc turba ergò frequens virùm politicum.

B



*Decrevit dare publicè coronam,
Signum forte Tui Ingeni, Minag, in
Vsuram tibi quam DEUS locavit.
Ut tecum, bona, cogitatione
Et factò facientibus, pro ocellis
Accedat Sapiencia; ut brabeion
In mundo hocce bonum in DEI timore.
Et quarant modò diligenter illa,
Queis verè poterunt domare malum,
Quod mentis mala cecitas super nos
Nestrum traxit Adæ atq, Evæ parentum.
Ergo latra habe optimè ò IOHANNES
Prestans eximiumq, ob hocce donum.
Gaude, & vive, dies tuos benè omnes,
Decreto dabit ut DEUS statutos.*

M. Bartholomæus Schröterus
Coswigius Anhaltinus.



A L I V D.

Ferociorem ceu Jovis alitem,
Ceu milvius aut accipitres agit
Cupido & ardos in volucrum
Agmen inerme minutiorum:
Sic Barbarorum non sine Erinnyos
Terrore sævæ turma satellitum
Defævit, horrendamque lectæ
Perniciem meditatur oræ,
Delere avitas funditùs expetit
Artes, & omni per mare Creticum
Portare Coro vi laborat
Prò dolor, iausa virum probata

AA

Ast quàm potenter dīa potentia
Periculosa hoc plenum opus aleæ
 Rescindit! ut serventur artes
 Ingenuæ, ingenijque dotes.
Hinc, Marte pulso finibus artium,
Lycea crescunt, præmia frontium
 Clarâ probatos arte, claros
 Passibus assiduis sequuntur.
Nobis idipsum sæpius obtigit
Videre: Pindi dum pater agmine
 Phœbus Sororum cum sereno
 Distribuenda redit brabeia
Brabeia dignis digna laboribus,
Brabeia cedro digna notarier:
 Ac livido à plebis susurro
 Liberata per omne seculum.
Hæc læta lætus præmia frontium
CRAMERE, lætis parta laboribus,
 De frunde festâ sume, passim
 Diridīā, invidiā exulante.
Næ te Vacunæ traxit ad improbas
Nunquam protervæ desidias manus,
 Nec diva Cypri te tuosque
 Prævaluit remorari honores
Quippi duorum perdius excubans
Pernoxque contra vim hostium Apollinis,
 Amoris ocijque, vinctus
 Timpora victor abis triumphans.
Exultat Euterpe & patrij lares,
SERVESTA VESTA gaudet & incluta,
 Quin, discupitum est ac voluptas
 Hosce videre tuos honores.

En! inter omnes primus & ultimus
Noster V O I T U S ductor amabilis
Doctorque Musarum piarum,
Lætitiæ nova signa promer.
Vinctus Corona Thespiadum nova,
Novam Themistæ latus adi scholam,
Quo tūre dite ac plenâ acerrâ
Ingenij patriam salutes.

M. CYRIACUS HERDESIANUS
I. V. Stud.

A L I V D.

Noster amor versus à me, CRAMERE, requirit;
In versu videor nil nisi verba loqui.
Pro verbis animum, pro versu porrigo dextram;
Et Pylîj vincas secula longa precor;
Ut decus esse queas Patriæ Spesq; ampla tuorum.
Nomine cresce tuo, crescito laude tua.

GEORGIVS LVDOICVS Pfeffers fac.
Musis & Appolline nullo.

A MONSIEUR IEHAN CRAMER.
SONNET.

LE soldat desireux d'obtenir la victoire
Hardy ne-doute rien: terrasse diligent
Les forces & l'effort de l'ennemi puissant:
Le tout pour emporter de quelque prix lagloire.

Mon

Mon Cramer, suis aussi le chemin non frayable
Que par ceux que le ciel liberal veut benir
Espérant qu'en bref temps Dieu te fera tenir
Entre les bons esprits quelque rang honorable.

Aussi ces grands travaux n'ont en rien amoindri
Ce tien courage haut, que tu n'ayes franchi
Les espines, rochers, le sommet de Parnasse.

L'esperance du prix qu'a present t'est donné
A eu & a bon droit en toy tant d'efficace
Que tu as diligent tout labour surmonté.

Autre.

Pour vray ce Dieu bening, qui va guidant ton aile
D'un vol hardy te fait aspirer ainsi haut
Puis que tous ces labeurs ce monde de travaux
N'ont en rien arresté ceste vistesse isnelle

Parmi tant de sentiers qui fleuris se vont rendre
Sur le mont ou Phœbus guerdonne les beaux vers
De l'honneur immortel des lauriers tousiours verds
Sage tu sçais eslire celuy qu'il conuient prendre

Recoy donc mon Cramer, recoy ioyeusement
En ce lieu ou Phœbus demeure president
De ces merites tiens la deue recompense

Et permets moy de tant que ie ne soy exclus
Du nombre de ceux là qui chantent tes vertus
Puis que telle est vers toy ma volonté immense:

BERNARD CONTAL
Estudiant en Theologie.



O D E

In Honorem Florentissimorum,

& omni eruditionis genere Præstantis-
simorum Juvenum

Dn. IOANN. CASIMIRI IORDAN. Dn. ANDR. BECKERI.
Dn. IOANNIS CRAMERI. Dn. BERN. FRENCELI.

Amorum suorum singularium.

STROPHE I.

A Des magne LINI Pater,
Ore floridulo qui
Nudior ligustro
Tyriac, rubentior ostro
Perpetem colis tener,
Ceu puella, juventam.
Ingere huc trientibus
Pegasei liquidas
Scaturientis amnis undas,
Vt humectus adfatim
Entheo furore rapter.
Attamen haud MÆNADUM
Thiasus uti fremet,
Eve io boantium,
Quibus pampini geritur ha-
sta; Sed qualiter Melodus in HEBRO
Nivali Odrysins lyram increpat.

ANTISTROPHE I.

Meis Lesbia barbitos
Tenditur sociennis,
Quibus amans oliva
DEA pacifera quatientis
Prætulit manu facem
Præviã ad penetrãle
Atticac, Martiac,
Intimum SOPHIÆ,
Et Artium dedit MAGISTRIS
Bonarum Vocariet:
Jam silentium nec ipse
SIGALION imperet
Phariu? mihi, notans
Muta pollice oscula,
Meum quin fides mea canat (item
BECERUM atq, IORDANEM, canat
CRA-

CRAMERE te, et Amice FRENCELI.

EPODOS 1.

Adorea fuit per arma
Violenta ACHILLI (nato;
Reperta, Matre GLAUCOPIDE
Gemini etiam LACONES, sati unico
Licet fuerint pileati ab ovo,
Tamen versat hic ex e cruda tegmina
Efferta boum; Superbit hic
Sublimis arduo
Invectus equo; sed
Clarat palastra lubrico
Madentem oleo PHEGEA:
LYCUM silvicultrix neq; flammeo
Cerva pede antevertet.

STROPHE 2.

Ut autem reliquas poli
Stellulas face vincie
TRIVIA noctilucâ,
Neq; se vel agnosus ORION
Aureoque baltheo
Et decorum obryzi
Ense fulgurantibus
Illito maculis,
Nec audet anteferre sese
Flagellare lactea
Colla, divagans per armos,
Que BERENICES fuit,
Solita coma; dein
Consecrata CYPRI
Sacelli tholo Venerei
Pependit: Valente corpore ita vos
Vigor magis venustat ingent.

ANTISTROPHE 2.

Proin MÆONIDÆ tubam
PINDARVMq; ruentem
RHODANI ut unda conflux

ARARIS celeri incita cursu

Fervet & rapit simul
Tarda flumina secum,
Tandem adulterat fretum,
THUSCIÆ undisonum,
Meremini: Sed hosce dudum
Premit ferreus sopor,
Nec frui licet cupitis.
Si tamen & mentiens
Hominum opera levis
Cluna mimicè sequi,
Nec aliquando non benè potest,
Ego PINDARUM haud sequar modò
Inepta ferar esse Simia. (licet

EPODOS 2.

Sed ut neq; toreuma celi,
Operose MENTOR,
Tui, tabella nec poscit APELLIS
Sibi blateronè ineptum & loquaculū,
Suis, precium qui addidisse, nugis
Velut mercibus; Vt Falerna deniq;
Certantia fusca, purpura, &
Veiente plurimum
Prælata rubello
Non pendulam sibi expetunt
Ligari hederam: Sic quoq;
Sibi sufficit, nullibi qæritans
Gloria vestra vatem.

STROPHE 3.

Sat hoc ingenium teres
Et tot artibus ista
Madida corda produnt,
Taciturnâ silentia clamant;
Nam insepulta permanes
Nobilissima virtus,
Nec tenebrionum amat
More se oculere,

Sed

Sed ipsa se optat anteire
Equi more THESALI;
Ille Olympico recurrens
Carcere vestigio
Celeripede volat
Ocior Cydonijs
Sagittis: Ite & facite vos
Nec obstaculi ullius patimini
Recellier ad obicem uspiam.

ANTISTROPHE 3.

Dehinc pluribus utiles
Fite, vindiciisque
Decus honosque vestris
SOPHIAE emicet. Hac ratione
Vos in ora non minus
Posterum venietis
Quam ipse HOMERUS HECTORE
Cumque ACHILLE suo;
Perennioraque assuerunt
Ea esse are Norico,
Et mage æviterna saxi
Oebaly frigore,

Opera; Quis igitur
Pra hisce Crasias opes
Freti baculasve rubei
Latret? MERCURÏ saliva mihi cun-
—cta plumbea selibra vix erit.

EPODOS 3.

Caduca IOVIS astuosi
Monimenta cedant,
RHODOSq; iactet ingentia nusquam
Capita tagentis excelsa sidera
Colossi: Abeant, deni manusq; victa;
Ibus vividiora vestranomina
Nullis abolerier sciunt
Ætatibus. Etenim
Quisquis bene MUSIS
Se addixit, ipse perpetim
Sibi superescit, leves-
que vincet, manens terq; quaterq; &
Bucera secla, cervos. (uls)

PHILIPPUS HEINRICUS
Homagius F.

ETEOSTIXON

Nomen IOHANNIS CRAMERI, Annum Menses & Diem
Promotionis continens.

FaX VbI qVInta qVater FebrVI nItet, en i tibi IVstVs
In PhiLo-honor sophlâ Ianc KraMere DatUr.

M. BARTH. SCHRÖTERI.

Μένω τῷ Θεῷ δόξα.

Id 4206
g

ULB Halle

3

004 167 287



f
Sb

Sik. 18 u. 25 nicht in FICA,
da Hschr. +90


8-14

10. Aug.
Jul. 01

24 VD 17

M







B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

XIX.

ATVLATORIA

norem,

et pietate Præstantissimi
t, Dn.

CRAMERI
Anhaltini,

imâ, & Celeberrimâ, Se-
DIDERICI IV. Electoris
Academiâ, inter VIII.
tos Supremus in Philo-
ie XX. Mensis Fe-
Christi 1606.

SOPHORUM BRABEU-
ORUM RITE ET LE-
FERRETUR.

us, Præceptoribus, Popularibus
usq; versibus nomina sunt
ipta.

BERGAE,
nis Lancelloti,
Typographi.

DC. VI.

an 27

Dn. Joanni Amlingo, ac
suo cancellario